



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Item de confirmatione. lxiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

rum ab aliis quàm ab ipsis apostolis legitur, aut sciatur per-
actum esse: neque ab aliis, sicut iam dictum est, quam ab il-
lis qui eorum locum tenent vnquam perfici potest aut fieri
debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur
& vacuum, nec inter Ecclesiastica vnquam reputabitur sa-
cramenta.

Item de confirmatione. Cap. LXIII.

Præcipimus vt ad accipiendum per manus impositio-
nem pontificis spiritus sancti donum, soicitè & deuo-
tè omnes concurrant, & episcopo suo ea quæ necessaria sunt
fideliter ministrent, eique ab omnibus & per omnia obe-
diatur.

Campa-
niam
Tusciam
constituis
scribit.

Ex cõcil.
Moguti,
cap. 5.

Quod omnes fideles accepto baptisate chrisma perci-
pere debeant. Cap. LXV.

Quod oporteat eos qui baptizantur post lauachrum
chrisma cœleste percipere, & regni Christi partici-
pes inueniri.

Ex cõcil.
Laodicēsi
cap. 48.

vt omnes venati fonte baptismatis, donum sancti spiri-
tus per manus impositionem accipere debeant.

Caput LXVI.

Omnes enim fideles per manus impositionem episco-
porum, post baptismum accipere debet spiritum sanctum,
vt pleni Christiani inueniantur. Dei, quia quum spiritus. De
spiritu sancto accipimus vt spirituales efficiamur: quia anima-
lis homo non percipit ea quæ sunt spiritus sanctus infunditur,
cor fidele ad prudentiam, ad constantiam dilatur. De spiritu
sancto accipimus, vt sapiamus inter bonum & malum discernere,
iusta diligere, iniusta respicere, vt inuidiam ac superbia repug-
nemus, vt luxuria, ac diuersis inlecebris, & fordis indignis-
que cupiditatibus resistamus. De spiritu sancto accipimus,
vt amore & gloriæ ardore succenti erigere à terrenis men-
tem ad superna & ad diuina valeamus.

Ex epist.
Anteri
pap. c. 15

vt episcopi non nisi ieiuni confirmationes faciant, exce-
pta causa infirmitatis. Cap. LXVII.

Vt episcopi non nisi ieiuni per impositionem manuum
spiritum sanctum tradant exceptis infirmis, & morte
periclitantibus. Sicut autem duobus temporibus, Pascha vi-
delicet & Pentheoste, à ieiuniis celebrari debet baptismus,
ita etiam traditionem sancti spiritus à ieiuniis pontificibus
conuenit celebrari.

Ex cõcil.
Meldēsi,
cap. 6.